

1563 in Jhu. 14. 4ta.

17
E. Epist. Sig. Aug. imp. Lipsia

Exeditio literarum Conventus Prussici
in Septembri data Cubiculario La:
nervi die IV. Septembris.

Episcopo Culmensi.

Ad conventus Prussici eum vocat.

Sigismundus Augustus &c. Reverende in Chri:
sto Pater sine Dilecte. Quanta nunc nobis difficult:
tates eodem tempore propositae sint, in tuenda ditio:
rum nostrarum salute & tranquillitate non arbitra:
riam. S. Inam ignorare. Quaecumque enim circumtulere
oculos, nullam partem Regni nostri periculo vacare ani:
madvertet. Itaque cum officio nostro ad providendum ex:
imibus his adigamur, tum Prussia sane in omnibus
tanto magis pernoctamus, quanto eam viciniorer:
se malo arbitramur. Ad veteres enim motus a Livonia
impensentes, videtur illi hoc tempore recens quidam
terror objectus ac propositus esse & duorum potent:
tium, & vicinorum Regum sive dissidio inter se, sive
federe & pactione, quorum alterum manifesto pe:
riculo, alterum autem suspicionem ut minimum gra:
vissimi periculi cavere non potest. Quamobrem mit:
timus cum mandatis nostris interminationem nostram
ad hunc conventum proximum pro Leslo Divo Mi:
chaelis, qui conventus secundum postulata anni
superioris omnium Ordinum & his tenis Floumiam
a nobis translatus est, ut de his & aliis rebus
ad consiliarios & reliquos Ordines nomine nos:
stro referat. hortamur Sinceritatem suam, ut
primo ad conventum territorii sui particularem,

quem

quem quidem Palatinus loci iudicurus est, deus
de autem ad ipsam Thronensium terrarum il-
larum Generem Sinceritas Sua profecta det o-
peram, ut nuntii tam ad hunc istum terrarum
Prussiae Generalem Conventum, quam ad
ipsa Regni nostri Universalia Comitia, qua
Varaviae ad diem Divo Martino sacrum
indiciamus, eligantur viri boni, et cum ad Rei-
publicae dignitatem tuendam, tunc auer-
da ingruentia periculi instructi et animati, qui
plenam de omnibus rebus statuendi, tam in
Provinciali, quam in Generali Regni Con-
ventu habeant potestatem, quae unquam si-
bi ex usu et dignitate Reipublicae fore
videbuntur. Ipsa autem quoque Sinceritas
Sua ita se istis praesens gerat, ut maxima
una cum aliis omnibus Ordinibus neces-
satis Reipublicae, ac voluntatis nostrae, quae
ex intermuntio nostro cognoscat, rationem ha-
buisse videatur. Pro officio suo et gratia
nostra. Datum Vilnae &c.

Eodem exemplo Palatinis tribus. Tan-
tum mandandum: Hortamur autem Sincerita-
tem Suam, ut particularem Conventum antea
in suo Palatinatu secundum consuetudi-
nem edicat, ad eumque primo, deinde vero ad
ipsam Thronensem terrarum illarum Ge-
neralem, Sinceritas Sua pro Palatini & Ca-
pitanei officio suo profecta, det operam &c.